

SERMO.

Thobie. iij. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. Si exiguum fuerit etiam exiguum libenter impitire. Contingit enim quod modicum valde multum est apud deum sicut de vidua. De qua Lucae. xxj. Que dedit era minut a duo et plus omnibus diuitibus dedit. quia affectum pensat deus plusquam censum huius Grego. Sic beatus laurentius dedit abundanter temporalia. thesaurum ecclesie distribuendo. Spiritualia ut diuinus predicando. et corporalia infirmos sanando. Quarto debet habere gratitudinem deuotionem. ibi dedit non vendidit. Sunt enim quidam elemosinarii. qui parum dant ut multum de temporalibus habeant. tales sunt ad nepotiam sunt venatores. Alii dant ut habeant vanam gloriam et tales vendunt. Math. v. Cum facis elemosinam non tuba canere ante te sicut hypocritae faciunt in synagoga. Sed sic beatus laurentius qui totum christum in pauperibus intus eius est. Unde cristiano ait. Quinto debent habere puritatem ut sibi ante mortem prouideant ibidem dedit. non alijs donandum dimisit beatus laurentius sed in propria persona. Quidam enim ordinant post mortem suam dari et merentur quia sibi subtrahunt aliquantulum. Alii sani dant et maxime merentur. imo in infirmitate plus valet data elemosina per aliquo dum vivit quam post mortem propter penam essentialem. Differentia enim dantis ante mortem et post. est sicut in ter eum qui cibi preciosi partem comedit. et amico tribuit. et istum qui illud quod non potest comedere amico vult dare. Item qualis inter istum qui per carcerem vitare et istum qui se educi facit de carcere. Sexto debet habere electioem ibi pauperibus non diuitibus deum timere non histrionibus. iustis non peccatoribus. lxx. Cum facis

XXVII

uiniu voca paupes debiles et claudos et beatus eris quia non habes retribuere. Sedo ponit meritum boni elemosinarii. ibi iusticia eius manet in seculum seculi.

In festo assumptionis beate marie. v.

Aria optimam partem elegit que non auferretur ab ea. lxx. hoc verbum nulli competit nisi solum proprie marie virginis. que medium tenet inter creaturam et creaturam. non deo quia nullum bonum elegit qui omnia ab eterno habuit. nec partem habet nec totum. si creatura quia nulla creatura suppositalis est que additionem gratie suscipere non queat dempta maria. nec homini sicut nec angelo quia nullus optimam partem habet id est sicut maria. Tria videbimus de themate. Primo quod maria optimam partem elegit per decursum sue vite. Secundo quod optimam elegit in morte. Tercio quod optimam in statu glorie. Habuit in presenti vita optimam partem quo ad septem. videlicet quo ad in vitro sanctificationem. quo ad puericem in choacem. quo ad castitatis conseruationem. quo ad vite perfectioem. quo ad perfectam humiliactionem. quo ad gratie cumulacionem. et quo ad filii incarnationem. A Primo habuit partem optimam quo ad in vitro sanctificationem. Nam quidam sanctificantur seu purgantur a peccato originali iam per baptismum renati ut pueri communiter christianorum quorum gratia tanta est ut saluentur. licet mortaliter et venialiter postea peccare possint. Alii purgantur in vitro ab originali. ut Hier. Joh. baptista et huiusmodi quosdam iacob patriarcha quorum gratia tanta fuit. ut postea non mortaliter peccauerunt sed venialiter.